



LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓIFJÚSÁG SZÁMÁRA

Moderator (szerkesztő — Schriftleitung) Ios. WAGNER
dr. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon:
68—6—34), ad quem epistulae et manuscripta mittantur

Administrator (kiadó — Geschäftsstelle) AL. REGÉNY
Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 49—2—15), ad quem
pecuniae dirigantur. (Postatak. csekksz. 57.292.)

Prodit Budapestini decies in anno. Prestitum subnotationis an. 1935—36. est pro Hungaria 3 pengő; pro exteris
nationibus 4 pengő.

Epistula Desiderii Kosztolányi ad Horatium.


Desiderius Kosztolányi S.¹ D.¹ Horatio.

Latine reddidit Aem. Láng.


Concedas, clarissime in versibus faciendis collega, ut die natali tuo bimillenario summa cum devotione² te salutem. Magnā animī perturbatione commoveor, cum poeta poetam al-loquor, qui facile princeps es omnium virorum³ Mercurialium.³ Quin etiam hanc epistulam scribebam ad te, qui in ingeniosis⁴ epistulis facetiarum⁵ plenis condendis⁶ nescio an habeas parem neminem. Tu sermonibus seren-dis excellis⁷ et parens es appendicis⁸ oblectatorii.⁹ Sed sensim me⁹ erigo.⁹ Nam spati-a annorum, quae inter nos intersunt, ipsā diurnitate temporis me ad te propius conferunt. Tempus quidem hominem ab homine magis magisque seiungit, sed tan-tum¹⁰ temporis¹⁰ homines quādam fide, ne dicam: familiariitate inter se coniungit.

Tu, ut quandam discipulus didici, Lepido et Lollo consuli-bus a. Chr. n. anno 65. natus

es et anno octavo ad inferos, ad inania regna Ditis,¹¹ ubi ater Cocytus languido flumine errat, descendisti, unde quemquam redire negant. Neque tamen umbram coram video, sed vivum hominem, cui — quantumvis illum verear et mirer — infinitam fidem habeo. Forsitan requiras, quae sit causa rei. Pubescentibus¹² annis¹² carminibus tuis ope-raram damus, cum in ore nostro vari¹³ tument et casus even-tusque, qui nobis adolescentibus contingunt, cum poesi tuā arte¹⁴ connectuntur, sicut memoria eorum mentibus infixā manet. Ita fit, ut, si in memoriam revoco nonnullā¹⁵



¹ salutem dicit ² hódolat = Huldigung ³ dalköltök = Dichter ⁴ szel-lemes = geistreich ⁵ finom élé = feiner Witz ⁶ ír, költ = verfassen ⁷ kitűnni = hervörren ⁸ tárcá = Feuilleton, Plauderei ⁹ nekibátoro-dom = sich ermutigen ¹⁰ akkora idő = solch ein grosser Zeitraum ¹¹ Pluto ¹² kamaszévek = Flegeljahre ¹³ pattanás = Finne ¹⁴ szorosan = eng ¹⁵ egyes dolgok, részletek = einige



ex carminibus tuis, ut e. c. «Beatus ille» vel «Odi profanum vulgus» vel «Carpe diem», oculi mei lacrimis obortis caligent,¹⁶ acsi in ca-vaedio¹⁷ veteris gymnasii auram bonam floris acaciae naribus¹⁸ ducerem.¹⁸ Soractis altā nive candidi nunquam obliviscar. Cum hieme ninxerat, et montem Sancti Gerardi nivibus oppletum videram, semper mihi īmons tuus Soracte in mentem veniebat et carmen tuum compressis¹⁹ labiis¹⁹ recitabam.

Pauci sunt, quorum de habitu²⁰ corporis²⁰ ac indole²¹ animi tam multa mihi nota sint, quam de te. Habeo sodales, quos minus cognosco. Brevis atque obesus²² eras, ut Suetonius narrat et ut scripta tua monent, capillos habebas nigros, qui praemature²³ canescebant, oculi autem tui saepe dolebant. Augustus, amicus tuus augustus,²⁴ in una epistula te suspicabatur²⁵ nolle cum illo amicitiam publice fovēre, ne a posteris nomina vestra unā memorarentur, in altera autem te rogat, ne libros tuos brevitati tuae parvae statura adaptes,²⁶ sed potius illi crassi²⁷ sint, saltem tam crassi, quam tuus spectabilis²⁸ et exinde iam pridem in pulverem reversus ventriculus.

Tu nihil eorum silentio tegis, quae ad vitam tuam pertinent. Scriptor²⁹ classicus²⁹ es. Et semper vir urbanus³⁰ et facetus³¹ et naturā hilaris derisuique³² acclinis³² fusti. Aequales tuos Sermobibus libere et aperte, nonnunquam et acerbe³³ irridebas, neque tamen vitia eorum acerrime³⁴ insectatus es, sed ridendo et Socraticā quādam ironiā³⁵ vellicasti.³⁶ Saepe temet ipsum quoque derisui³⁷ habuisti.³⁷ Confessus es exempli gratia te in pugna ad Philippos parmulam abiecisse celeremque fugam cepisse. Confessus es te brasicam³⁸ et fabam³⁹ cum pingui⁴⁰ larido⁴⁰ summis⁴¹ in deliciis habuisse.⁴¹

Carmina tua interdum glacie vel adamante⁴² lucidiora nitent, quorum species⁴³ hiemali soli simillimae frigide splendent; et si tu caelesti quodam numine divinitus concitaris⁴⁴, sublimī vertice sidera tangis et instinctu⁴⁵ divino afflatusque⁴⁶ quasi furoris⁴⁷ nescio quam stratosphaeram petis. At si sublimitate⁴⁸ relicta de caelo ad terram delaberis, quam simplex et sincerus, quam vulgaris⁴⁹ esse audes! Tum statim sapis⁵⁰ et convictor⁵¹ delicatus⁵¹ fis et auream mediocritatem⁵² praedicas. Cum tu, ad⁵³ unguem factus homo,⁵³ personam⁵⁴ possessoris in-

dueras, etiamsi in praediolo Sabino vel in villa Tiburtina — procul negotiis — inter flores⁵⁵ pratenses⁵⁵ et boves mugientes⁵⁶ vitam ageres, uno ictu⁵⁷ temporis⁵⁷ in hominem urbanum conversus⁵⁸ ita loquebaris, ut etiam nunc temporis in quovis circulo illustri ad theam⁵⁹ postmeridianam⁵⁹ libenter excipereris ibique feminas eruditas⁶⁰ facete sermocinando⁶¹ inanesque serendo rumores⁶² per horas iucundissime oblectares.⁶³ Quali familiaritate — quasi Parisianā — nunc in thermopolis⁶⁴ ad coffeam⁶⁵ homines utuntur. Narras de aurigis⁶⁶ currus equis iunctos celeriter agentibus, qui alias usque antevenire⁶⁷ conantur ut nostri autistae,⁶⁸ de causidicis⁶⁹ obscuris, qui in foro lites⁷⁰ venabantur⁷⁰ vel homines quaeritabant, quos auribus tactis in⁷¹ testimonium⁷¹ vocarent vel de iis, qui gratiam Maecenatis sibi conciliaturi servos pecuniā corrumpebant,⁷² ut hodierni ambitiosi⁷³ ministros⁷⁴ ab⁷⁴ epistulis⁷⁴ potentium mensarum⁷⁵ publicarum⁷⁵ directorum, ut quam primum aditum⁷⁶ ad eos obtinerent.⁷⁶ Legimus apud te Crispinum fuisse lippum,⁷⁷ Balbinum polypo⁷⁸ quoque narium⁷⁸ amicae arsisse.⁷⁹ Fannium poetam carmina sua pessima

¹⁶ elhomályosul, elfátyolosodik = verschleiert werden
¹⁷ udvar = Hof ¹⁸ beszívni az orral = durch die Nase einatmen ¹⁹ hangtalanul = lautlos ²⁰ testalkat = Körpergestalt ²¹ tulajdonság = Eigenschaft ²² köpcös = beleibt ²³ igen korán = frühzeitig ²⁴ fölséges = seine kaiserliche Hoheit ²⁵ gyanuba vesz = verdächtigen ²⁶ hozzászab, mér = nach etw. richten ²⁷ vastag = dick ²⁸ tekintélyes = ansehnlich ²⁹ remekíró = Klassiker ³⁰ finom = fein ³¹ élces = witzig ³² gúnyolódásra hajlamos = Neigung Spott zu treiben ³³ keményen = herb ³⁴ szendvédelyesen = zu scharf ³⁵ finom gúny = versteckter Spott ³⁶ megcsipked = sticheln ³⁷ kigúnyol = verspotten ³⁸ káposzta = Kohl ³⁹ bab = Bohne ⁴⁰ zsíros disznóhús = fettes Schweinefleisch ⁴¹ nagyon kedvelni = Lieblingsgericht ⁴² gyémánt = Diamant ⁴³ eszmék = Vorstellung ⁴⁴ lelkésít = anregen ⁴⁵ sugallat = Antrieb ⁴⁶ ihlet = Eingabeung ⁴⁷ elragadatás = Begeisterung ⁴⁸ fönség = das Erhabene ⁴⁹ minden nap = alltäglich ⁵⁰ okos vagyok = Einsicht haben ⁵¹ finom társalgó = feiner Gesellschafter ⁵² középút = Mittelstrasse ⁵³ világfi = abgeschliffener Weltmann ⁵⁴ szerep = Rolle ⁵⁵ réti virágok = Wiesenblumen ⁵⁶ bőg = brüllen ⁵⁷ szemmillantás = Augenblick ⁵⁸ átváltozik = umwandeln ⁵⁹ délutáni tea = Five o' clock (tea) ⁶⁰ művelt = gebildet ⁶¹ cseveg = plaudern ⁶² pletyka = Klatsch ⁶³ elszáratkoztat = ergötzen ⁶⁴ meleg italmérés = Schankhaus f. warme Getränke ⁶⁵ kávé = Kaffee ⁶⁶ kocsis = Kutscher ⁶⁷ előzni = überholen ⁶⁸ Chauffeur ⁶⁹ zugügyvéd = Winkeladvokat ⁷⁰ ügyfelekre vadászni = auf Klienten Jagd machen ⁷¹ tanukul = zum Zeugen ⁷² megveszteget = bestechen ⁷³ törtető = Streber ⁷⁴ titkár = Sekretär ⁷⁵ bank = Bank ⁷⁶ bejut hozzá = Audienz erlangen ⁷⁷ csipás = triefäugig ⁷⁸ orpolip = Nasenpolyp ⁷⁹ szerelmes = entbrannt sein für

imagine propriā decoranda curavisse, ut sic apud bibliopolam⁸⁰ prostarent⁸¹ aliosque poetas malos in thermis⁸² carmina intonuisse,⁸³ ut fornicationes⁸⁴ parietum vocem validiorem rediderent.

Finis sequetur.

⁸⁰ könyvkereskedő = Buchhändler ⁸¹ kirakatban áll = zum Verkaufe da stehn ⁸² gózfürdők = Dampfbad
⁸³ elbömböl = herdonnern ⁸⁴ bolthajtás = Schwibbogen

Quomodo historia Universitatis Pázmánianae vitetur.*

Scripsit *Iulius Kornis dr.*, Rector Magnificus Universitatis Pázmánianae.


Universitas litterarum Budapestinensis nuperrime celebravit debitā¹ apparatū magnificentiā in speciem² internationalem² trecentesimum suae originis annum. Complures universitates ab Islandica usque ad Cape-Townensem, a Stanfordinensi Californiae usque ad Pendshabianam Indiae aut legatos, qui sollemnibus his interessent, miserunt, aut per litteras salutem nuntiaverunt. Petrus Pázmány Universitatem Tyrnaviae condiderat, unde regina Maria Theresia a. 1777. Budam transtulit. A. d. IV. Idus Novembres etiam Bohemi annum conditae Tyrnaviensis universitatis 300. praesentibus administro instructionis publicae Cechoslovacicae, rectoribus universitatum Pragensis, Brunoviensis, Posoniensis vicariisque legatorum Galliae, Poloniae et Iugoslaviae celebraverunt. In pariete pristinarum universitatis aedium tabula memorialis fixa atque revelata est.

Ceterum sollemnia Tyrnaviensia novam dererunt ansam³ actis* diurnis* ad affirmandum: Petrum Pázmány nunquam sibi, ut Hungaricam conderet universitatem proposuisse, professoresque et auditores primis huius universitatis annis Slovacos et Bohemos fuisse.

«In universitate Tyrnaviensi, inquit *Narodni Listy*, praecipue humanitati⁴ et cultui⁴ Slavorum communis⁴ navabatur⁴ opera. Iis temporibus Slovaci et Bohemi artioribus inter se humanitatis vinculis constricti erant, quam Slovaci cum Hungaros. In officina typographica Universitatis multo plures Slavici, id est Slovacici, Bohemici, Croatici et Ruthenici edebantur libri, quam Hungarici. Oppidum hoc communis erat locus, ubi Slavi et Rumeni in litterarum et animorum cultura unā elaborarent.» *Lidove Noviny* declarat primum professorem ex cathedra praefigentem, *Martinum Palkovics*, natione Slovacum fuisse. Quae harum rerum, si ad historiae⁵ fidem⁵ referantur,⁵ pro vera haberi possit?

Mera⁶ calumnia⁶ est Petrum Pázmány, germanum⁷ illum Hungarum, suae stirpi deditissimum, quem nos sermonis Hungaricarum litterarum auctorem suspicimus,⁸ universitatem non Hungaricam constituere voluisse. In litteris⁹ fundationis⁹ ipse disertissime¹⁰ dicit¹⁰ eā mente se instituisse universitatem, ut dignitati nationis Hungarorum nobilissimae inserviret, praedicatque simul sincerum¹¹ catholicae fidei augendae et patriae dilectissimae amplificandae et fovendae consilium cepisse. Cur, si sibi Slavicam universitatem constituendam

* meghamisit = falschen ¹ megillető = gebührend
² nemzetközi keretben = in internationalem Rahmen
³ alkalom = Anlass * sajtó = Presse ⁴ kulturális együttműködést fejtettek ki = kulturelle Zusammenarbeit gepflegt ⁵ történeti hűség tekintetében = hinsichtlich der geschichtlichen Treue ⁶ tisztrára rágalom = krasse Verleumdung ⁷ törzsökös = urwüchsig ⁸ tisztelünk = verehren ⁹ alapító levél = Stiftungsurkunde ¹⁰ hangsúlyozza = betont er ¹¹ őszinte = aufrichtig



proposuerat, asseveravit se universitatem ad humanitatem et cultum Hungarorum excoendum et roborandum condidisse?

Temporibus Petri Pázmány eiusdem regni diversarum nationum inter se contentiones ac controversiae eā formā, quā nostrā aetate vigent, nondum fuerant compertae. Tum in Hungaria Hungari, Slovaci, Croati et Germani pacifici¹² sine discordia inter¹³ se¹³ conversabantur.¹³ Nicolaus Zrinyi, comes Croatiae, Petri Pázmány pupillus,¹⁴ Hungariae amore et studio imbutus est, eiusque est illud:¹⁵ «Noli Hungarum lacessere!»¹⁶ Verum Pázmány iam tum primatum suae nationis tutabatur. In litteris fundatoris Pazmanei, seminarii sacerdotum Vindobonensis statuit, ut discipulorum maior pars Hungari essent, sed Slovaci et Croati quoque admitterentur, Germani vero, si in Hungaria nati fuissent. Nimirum,¹⁷ quippe cum esset animorum rector, diligebat praestantem Slovacicum populum. Cum Tyrnaviae aedes non essent capaces¹⁸ populi recipiendi,¹⁸ caritate nationis Slovacicae ductus preecepit, ut in aedibus Franciscanorum res¹⁹ divinae¹⁹ Slovacicā linguā perpetrentur, ut haec natio animi²⁰ desideria²⁰ suā ipsius linguā expleret.²¹ Nonne hoc illustre documentum est Petrum Pázmány acerrimum Hungaricae gentis propugnatorem ceteras in Hungaria degentes nationes opprimere noluisse? Atque quid tam memorabile²² et singulare,²² quam quod fuerit tempus, quo Petrus Pázmány, Hungariae ecclesiae princeps, cum Romae commoraretur, litteras ad Urbanum VIII. summum pontificem daret, quibus Sanctum Patrem obtestaretur obsecraretque, ut universitati Pragensi ius graduandi,* id quod dicitur, restitueret.

Ex eo, quod Pázmány in ipso oppido Tyrnavia universitatem condidit, universitatem Pázmánianam Slavica indole et habitu praeditam fuisse concludi²² nequit. Id magis temporum necessitate factum est. Archiepiscopus enim Strigonio a Turcis occupato expulsus sedem Tyrnaviam transtulit, Budaque, caput antiquum Hungariae tum item sub iugo Turcarum gemebat. Posonii autem, quin universitatem collocaret, nota²³ urbis abs catholicis abhorrenti deterritus est. Sed idem ipse in litteris fundationis significavit, si patria iugum Turcicum decussisset, fore ut

universitati aptior sedes quaereretur. Est quidem res maxime memorabilis, quod universitas Tyrnaviae aperiretur, neque adhuc tecto recipi posset, cardinalis *Georgius Soós*, Hungarus suam domum collocandae universitati permisit.

An professores universitatis Slavi erant? Atqui ordo Jesuitarum iis temporibus praeципue e nobilibus et primoribus Hungariae supplebatur, id quod Pázmány in oratione in consiliis regni publicis habitā pronuntiavit, cum se ordinibus acatholicis Jesuitas exacturis oppōsuisset. «Qui potest fieri, inquit, ut Jesuitae, qui Hungari nobiles sint, indictā²⁴ causā²⁴ privilēgio nobilium orbentur? Si hoc usu²⁵ venerit,²⁵ constitutio Hungariae funditus concurietur.» Quid, quod tam multi Hungarorum ordini, Jesuitarum ascribi²⁶ volebant, ut Pázmány gentis suae amore sollicitus timeret, ne familiae Catholicorum nobiles extinguerentur? Quamobrem Papam rogavit, vetaret, ne filii primariorum Hungarorum nisi²⁷ archiepiscopo consulto²⁷ Strigoniensi in ordinem Jesuitarum reciperentur.

Quis est, cum quo primum cardinalis de condenda universitate egerit? Pridie Nonas Maias 1635. Vindobonā epistolam ad *Georgium Dobronoki*, quod nomen Bohemi in Dobrowsky mutaverunt, Hungarice scriptam misit: «Deo adiutore hinc dic Martis vel²⁸ die Mercurii²⁹ Posonium me conferam magnas res animo volutans, de quibus tecum et cum *P. Forró* communicatus sum.» Itaque duo Hungari nascenti universitati adstiterant. Primus universitatis rector magnificus *Georgius Dobronoki*, primus philosophicae facultatis decanus Thomas *Jászberényi* fuit, qui a 1635. universitate sollemniter inauguratā praesente Petro Pázmány oratione disseruit, universitas quid valeret qualesque partes in vita nationis haberet. Primi professores erant Steph. Gosthonyi,

¹² békésen = friedlich ¹³ érintkeztek egymással = verkehrten miteinander ¹⁴ gyámfia = Mündel ¹³ jelszó = Devise ¹⁶ bánt = anröhren ¹⁷ természetesen = freilich ¹⁸ képes befogadni = fassen ¹⁹ istentsztelel = Gottesdienst ²⁰ lelkiszükséglet = Seelenbedürfnisse ²¹ kielégit = befriedigen ²² jelentőségteljes és érdekes = bedeutungsvoll und interessant * főiskolai rangfokokat osztogat = Hochschulwürden erteilen ²² következett = schlossen auf etw. ²³ jelleg = Charakter ²⁴ bírói ítélet nélkül = ohne gerichtliches Urteil ²⁵ ha ez megtörténik = wenn das möglich ist ²⁶ belép = eintreten ²⁷ megkérdezése nélkül = ohne Befragen ²⁸ kedd = Dienstag ²⁹ szerda = Mittwoch

Georg. Forró, Andr. Wesselényi, Sigism. Káttay Steph. Pethő; omnes Hungari; praeter eos pater Martinus Palkovics, quo nunc Bohemi tam insolenter gloriantur. Quis potest ex eo, quod professores Latine praelegerunt, nisi qui fidem historiae corruperit, universitatem spiritu Hungarico non fuisse animatam colligere,²² quippe tum omnes omnium terrarum docti homines linguā Latinā utebantur, quam constat usque ad a. 1848. in publicis³⁰ rebus administrandis³⁰ atque in instructione publica usurpatam esse.

Latine reddidit Car. Acs.

Finis sequetur.

³⁰ közigazgatás = Verwaltung



Tesserae¹ postales¹ anni 1935. selectae.


Tesserae recentiorum temporum ab artificibus delineatae² tamquam³ memoriam rerum

gestarum clarissimarum posteritati tradunt. Qua de causa philatelistis⁴ seriem tesserarum ab lectoribus acceptarum publicare decrevimus. Tesserae Hungaricae memoriam Francisci Rákóczi principis, qui a. 1735. mortuus est, et Petri Pázmányi renovant, quem pictor, Desiderius Temple documentum fundationis universitatis a. 1635. subscriptentem depingit. In tesserā tertīā centenarium carminis epicī Finnorum, quod inscribitur Calevala, quartā imago Petri Pázmány, quintā Victor Hugo, poëta Gallicus, qui 50 annis ante, sextā autem auctor dramatum⁵ musicorum,⁵ Vincentius Bellinius Italicus, qui 100 annis ante mortem obiit, septimā liberi Astridae reginae Belgarum infeliciter mortuae, octavā congressus iuridicus internationalis, quem in Vaticano fuisse constat, ultimā vero concilium⁶ factionis⁶ socialistarum nationalium imperii Germanici Norimbergae habitum repraesentatur.

¹ póstabélyeg = Briefmarke ² rajzol = zeichnen

³ úgyszólvan = so zu sagen ⁴ békelyeggyűjtő = Briefmarkensammler ⁵ opera = Oper ⁶ pártgyűlés = Parteitag





Dies¹ Natalis¹ Christi.¹

Diebus profestis² multis homines dies festos appropinquare gaudent. Dies festi in vita tristibus rebus plenā lumina sunt. Homines laborantes et certantes affectum lenem diei festi habere cupiunt. Calor diei festi complet animos nostros, in oculis curā et dolore lacrimantibus lacrimae siccescunt.³ Hic sensus animos die natali Christi adveniente movet. Lumen in cavo Bethleemico radians docet nos laborem corde levi ferre et de vita dimicare.

Campanae⁴ sub lucem ad «Rorate» vocant. Luce atrā et hiemali homines vigilantes properant in templum. Calor lenis Christi complet mirum in modum animos et corpora.

Dies natalis Christi est dierum festorum maximus et pulcherrimus, nam calor, qui in animum etiam hominis scelesti penetrat⁵ et quo etiam illum poenitet vitium fecisse — facit pulcherrimum.

Sodales, qui hunc diem sanctum domi degitis, ferte calorem animi in tecta vestra! Diffundite caritatem Christi inter homines. Sic habemus verum diem festum sanctum: diem festum caritatis!

*Magdalena Jóboru
disc. Kunszentmiklósiensis.*

¹ karácsóny = Weihnachten ² hétköznapi = nicht festlich ³ felszáradi = trocken werden ⁴ harang = Glocke ⁵ behatol = hineindringen

Quis quamdiu sustineat?

Anglus disciplinarum¹ naturalium¹ doctus¹ equum sine cibo 25 dies posse in vita manere statuit, si aquae satis haberet. Sine aqua 17 dies esurire² potest, sed, si cibum capit et aquam non accipit, 5 solum dies sustinet. Felis — si aquam habet — 15—20 dies perfert cibo carens. Canis etiam 39 dies esurit, sed sine cibo et potionē³ tantum 20 dies vitam⁴ vix⁴ sustentat.⁴ Lepus dies 14, columba 10, mus porcellus⁵ 6, passer 2 dies sine cibo sustinet. Victor certa-

minis omnium bufo⁶ est, qui sine omnibus cibis 2—3 annos superest.

Quod⁷ hominem attinet,⁷ doctus indicium accuratum non habet, sed hominem putat optime ferre inopiam, si quadam ideā inflammatus sit. Sanequidem, — addit professor — sed ubi sunt hodie idealistae?

*Paulus Resofszki
disc. gymn. inst. prof. er. ad*

¹ természettudós = Naturforscher ² éhezni = hungrern
³ ital = Trinken ⁴ eltengődik = vegetieren ⁵ tengeri malac = Meerschweinchen ⁶ varangyos béka = Kröte
⁷ illetőleg = betreffs

Nox mira.

*Nix in floccis magnis cadit,
Candida est iam terra,
Natura tam silentia est
Hac nocte pulchra, mira.
Homines in templum eunt,
Laudant Dei filium,
Qui descendit, ut liberet
Ipse animos hominum.
Ista die sanctissima
Natus puer divinus;
Gaudete corda; nam amor
Descendit infinitus!*

*Augustus Mihályi
disc. Széchenyiani.*

Limus¹ pecunia venditur.

Alba² Regiā² nuntiatur accolae ripae Lacus Velencensis mercaturam magnificam facere. Limus enim pigmentum³ continet³ et quidam negotiator⁴ Germanicus eius generis⁵ pro singulis curribus viae ferratae 5 nummos pendit. Nunc ibi est excavator.⁶ Limus erutus vehitur et in Germaniam transfertur. Usque ad hunc diem 25 iugera catastralia ripae eruta sunt. Possessoribus riparum maxime prodest exportatio limi, cum praesertim pecuniam quoque accipiunt.

*Thomas Bruck
disp. gym. i. nst. pr. er. adi.*

¹ iszap = Schlamm ² Székesfehérvár = Stuhlweissenburg ³ festéktartalmú = farbstoffhaltig ⁴ vállalkozó = Unternehmer ⁵ szakma = Branche ⁶ kotrógép = Bagger



Frutex¹ ad tempestatem.

Alexander Petőfi.

*Lente, tempestas, soror iratorum animorum,
Noli mi frondes fervida disiicias!
Sanctum adytum sum ego et penitus mi nidulus
Atque sacerdotem lusciniam habeo. [ara est
Quam ne tangas, digna Deum cantu, sine, laudet
Naturamque canat, matrem hominum generis.*

Latine reddidit Maximilianus Balázs
disc. Debrecinensis.


¹ bokor = Strauch

Quid Ottocarus Prohászka ex ore speluncae Bethleemicae videat?

a) Videt vitam Romanam, in qua vires, iura, resque politica grassantur.¹ Roma toto orbe potita est et quasi tribulum² omnium populo- rum apparel. Imperium Ro- manum est ferrea quaedam structura — porrigens manus inde a columnis Herculeis³ usque ad Indiam. Togā praetextā indutus ambulat animus Romanorum superbus atque aegrotus.

Rōma «dictum» emittit, ceteroqui⁴ Infantis⁵ obli- scitur. Mox ossa apostolorum et Christi fidelium conterit, nihilominus⁶ ab Infante vin- cetur. O vis sancta et sub- limis atque adoranda animi! Grandior es, quam iura res- que civiles! Induamus nos hacce vi, tamquam togā mentis!

b) Videt vitam Graecam, in qua ingenium, facetiae⁷, cogitationes variorum colo- rum praecellunt. Ah, Iesu mi dulcissime, Tu plus vales Platone, altior es Heraclito,⁸ magis usu⁹ pe- ritus¹⁰ es, quam Zenon.⁸ Umbram tamen quandam in Te portas, quā mundus terretur: times scili- cet, ne mentes hominum mundo decipientur.¹⁰ Multi quidem in errore versantur, perturbati fascinatione¹¹ nugacitatis,¹² vi verborum exor- natorum; sed Tu mentes ad sanitatem per-



ducens dicis: «Nonne ego plus valeo, quam hi omnes? Tu ergo me sequere!»

c) Videt vitam barbarorum, qui silvas du- metaque peragrant atque in tuguriis¹³ habitan- tant. Super silvis eorum ventus noctis Incarna- tionis¹⁴ volitat. Dominus quidem nullo sen- tiente vēnit, barbaris tamen benedictionem mittit. Hos enim saxa et trunco sibi elēgit, e quibus templa, altaria et homines sancti exscul- pantur.¹⁵

O revera sancta Nox! Ego — filius patrum barbarorum — Te ex animo saluto! O educa mentem meam, ut e sanguine barbaro vultus Christi sublimis formet!

Latine reddidit: Al. Simon e Scholis Piis

¹ garádzdálkodik = Unfug verüben ² cséplögép = Dreschmaschine ³ Gibraltar ⁴ egyébként = sonst ⁵ Iesus ⁶ mindazonáltal = nichtsdestoweniger ⁷ elmésség = launi- ger Witz ⁸ philosophi Graeci ⁹ gyakorlatias = praktisch

¹⁰ elámít = täuschen ¹¹ bűbáj = Zauber

¹² léhaság = Tändelei

¹³ viskó = Hütte ¹⁴ Karácsony = Weihnachten

¹⁵ kivés = ausmeisseln

=====

Fuga mea ex Trans- silvania.

Historia vera. Commentarios Victoris Maderspach, latine libere red- didit I. Guelmino.

II.

Astutiā¹ et fortitudine mihi viam salutis facio. Circumspicio. Et mater, quae vulnera fratris obligare conabatur: «Tu — inquit — nisi pessima vis experiri², fuge! Noli autem vivus capi!»

Quibus auditis, quamquam sicarium defensione³ salutis³ meae³ necatum esse manifes-

tum erat, nihil mihi prodesse⁴, viamque unicam salutis⁵ in fuga restitisse intellexi. Allevato⁶ igitur sclopetulo capsāque⁷ detectivi, in qua emboli⁸ erant, ex vicino cubiculo obscuro, si quid cerni⁹ posset⁹ in tenebrosa aula, pro-

¹ ravaszág = Schlauheit ² tapasztal = erleben ³ ön- védelem = Selbstverteidigung ⁴ használ = nützen ⁵ me- nekülés = Rettung ⁶ felemel = aufheben ⁷ a tok = Futteral ⁸ töltény = Patrone ⁹ látható = sichtbar

spexi.¹⁰ Lux triclinii pugionibus¹¹ militum, qui aulam intraverant, reiecta prodidit viam fugiendi interclusam¹² esse. Quoniam autem potius mori, quam capi intererat,¹³ ut sclopetulum in tenebris dirigi¹⁴ potuit, deurere¹⁵ incepit ita, ut aula per brevi tempore mire vacuefacta sit. Desiliens de fenestra tres milites sanguinolentos ante pedes cerno, iuxta proximum sclopeturn¹⁶ breve¹⁶ cum pugione. Arripere, embolos requirere, saepem¹⁷ transsilire, callemque¹⁸ in silva ingredi momenti temporis fuit.

Nisi in silva de meis venationibus nossem singulas arbores, quin etiam fruticem lapidemque quemque, in hac picea¹⁹ caligine²⁰ misere errassem in hac veste²¹ levi, calceoque²² altero iam in luto²³ relicto. Paenulam²⁴ turbatus²⁵ reliqui, pileum²⁶ autem non, quamquam ambo de eodem hamo²⁷ vestiariorum²⁷ pendebant. Paenula maxime carebam, nam pluere non desiit²⁸. Sanguis in temporibus²⁹ pulsat rhythmum: Noli vivus capi. Nolo certissime, quid autem mihi restat, qui nihil praeter arma habeo? Ad calcariam³⁰ venit mihi in mentem. Ibi auxilio erit mihi Martino, vir fidelissimus, calcarius, et omnibus viribus contendit, ut ante lucem ad praedium³¹ eius pervenire queam.

Cum autem collem ulteriore attigisse, lente iam illucescere coepit. Tempestas inimica haud favebat mihi, cui maxime curandum erat, ne quis persequentium, vel montes inhabitantium peragrantiumque aspiceret. Collis coryletis³² obsitus³³ erat, quibus tectus facile perspicio vallem, calcariamque. Hic et illuc latratus³⁴ canum exauditur. Et ecce columbas in gyrum³⁵ volantes aspicio exagitatas³⁶. Interdum gallinae quoque cacillant.³⁷ Haec omnia mihi praedia turbari indicant. Propius surrepens³⁸ virum e casa sua eiici et calce³⁹ peti³⁹, uxorem liberosque obtestantes⁴⁰ obsecrantesque⁴¹ verberibus obiurgationibusque⁴² obrui⁴³ cerno. Ex nonnullis vocibus, quae intelligi poterant, me quaeri certior factus sum.

O miseram familiam! Et dum inobservatus⁴⁴ me recipere⁴⁵ studeo, duo canes ingenti latratu me invadunt. Canes detectivorum, quibus illi ad investigandum⁴⁶ uti solent. Alter eorum pugione perfossus in herba volutatur⁴⁷, vivus eo furiosius me tenere contendens plumbo⁴⁸ confectus⁴⁸ reticuit.⁴⁹ Detectivi

autem — quinque erant — quorum animos canes ad me adverterunt, caute mihi appropinquare studentes, cum sclopetum meum breve quinques tonitruaret,⁵⁰ retrorsum, quo prius parietibus praedii tegerentur, per collem praecipitabantur. Semihora, tempus optimum me recipiendi consecutum est.

Sol iam satis alte agit iter. Famem glandibus⁵¹ prioris anni, quas inter folia putida⁵² requiro, sedans in umbra fagi me colloco. Ibi mihi in mentem venit primum per iuga⁵³ Retyesatis montis nive⁵³ obruta⁵³ eundum, postea Danubium transcendendum et per Serviam in Hungariam proficiscendum esse. O somnium vanum et inutile! Quid tu in umbra fagi ad Banicam pagum⁵⁴ haec nimis longinqua meditaris⁵⁵, qui sine victu⁵⁶ in hoc vestimento ne unius quidem diei vitam certam habes!? Arma autem habeo et his auxiliantibus⁵⁷ cibaria vestimentaque ab iis, qui me in silva certe persequuntur, mihi eripienda esse arbitror. Sed absconditus totam diem peregi frustra, cum demum sub vesperum gressus mihi graves sentio appropinquare et obstupefactus⁵⁸ agnovi subalternum⁵⁹ meum in bello equitem⁶⁰ nomine Csörgő.

(Continuabitur.)

¹⁰ kinéz = hinausblicken ¹¹ szurony = Bajonet ¹² elzár = versperren ¹³ érdekemben áll = es ist daran gelegen

¹⁴ célozni = zielen ¹⁵ tüzelni = schiessen ¹⁶ karabély = Karabiner ¹⁷ kerítés = Zaun ¹⁸ ösvény = Pfad ¹⁹ szurokfeke = pechschwarz ²⁰ sötétség = Finsternis ²¹ kabát = Rock ²² cipő = Schuh ²³ sár = Kot ²⁴ felöttő = Überzieher ²⁵ zavaromban = in der Überstürzung ²⁶ kalap = Hut ²⁷ fogas = Kleiderrechen ²⁸ megszűnik = aufhören

²⁹ halánték = Schläfe ³⁰ mészegető = Kalkbrennerei ³¹ tanya = Gehöft ³² mogyoróbokor = Haselgebüsch

³³ benött = bedeckt ³⁴ ugatás = Bellen ³⁵ kör = Kreis ³⁶ felriaszt = aufscheuchen ³⁷ kotkodákol = gackern

³⁸ lopózik = sich heranschleichen ³⁹ rugdal = mit den Füssen stossen ⁴⁰ könyörög = anflehen ⁴¹ rimánkodik = beschwören ⁴² szidalom = Schelten ⁴³ elhalmoz = überschütten ⁴⁴ észrevétlenül = unbemerkt ⁴⁵ visszavonul = sich zurückziehen ⁴⁶ nyomoz = aufspüren ⁴⁷ hemperg = sich herumwälzen ⁴⁸ golyótól találva = von der Kugel getroffen ⁴⁹ elhallgat = verstummen ⁵⁰ eldördül = erdröhnen ⁵¹ makk = Eichel ⁵² rothadt = verfault

⁵³ a havasok = Schneegebirge ⁵⁴ falu = Dorf ⁵⁵ eszében forgatni = auf etwas sich vorbereiten ⁵⁶ élelem = Nahrung ⁵⁷ segitségével = mit Hilfe ⁵⁸ elámulva = in Erstaunen gesetzt ⁵⁹ alantas = untergeordnet ⁶⁰ huszár = Husar

Quanta animi benignitate praeditus fuerit Vincentius Bellinius.

Vincentius Bellinius non solum in excelsissimam dignitatis atque honoris sedem numerosum¹ modorumque¹ arte¹ excolenda ascendit, sed etiam bonae mentis, cum adhuc praetextatus esset, admirandum praebuit exemplum. Etenim anno MDCCXII., cum pridie Christi Natalem, ex suarum aedium luminibus duos puerulos pannosos,² infectis pedibus incedentes, et, quamvis magnus effunderetur imber, stipem³ ab euntibus verecundius emendicantes⁴ forte conspexisset, ad se statim, quā erat animi benignitate, eos venire iussit.

Leniter igitur adridens, «Quaeso» inquit, «quorū est opus⁵ pueruli? cur domos vestras non properatis? nonne scitis vos a matribus magnopere exspectari?» Cum vero eos utroque parente orbos⁶ esse atque laborantes fame stomachos⁷ cibis ostiatim⁸ quaeritandis reficere⁹ velle comperisset, tanto dolore is captus est, ut quos sibi apparari cibos iam iussisset, illis liberatissime praebuerit atque donaverit.

Dum haec geruntur, in alia aedium parte Franciseus et Carminus, eius fratres, rei certiores facti, ut vestimenta, quae obsoleta¹⁰ essent, iis dare sibi liceret, matrem exoraverunt. Unde factum est, ut pueruli Bellinianam domum ventitarent.

Cuius rei taedium¹¹ cum evenisset, ut patruus pateretur,¹¹ quippe qui eos humaniter dimittere non¹² nollet,¹² ut in Catinense xenodochium¹³ recipierentur, impetravit; at quae fuit eius admiratio! Temperi¹⁴ xenodochii praefectum patruus adiit; puerorum alterum marem, feminam alterum, quamvis bracas¹⁵ ex more induisset sibi, esse rescivit.¹⁶ Stomachari patruus, sed quid faceret? «Euge»¹⁸ fastidiosus¹⁹ aiebat, «omnigenos pauperes miserorumque collegia nepos ille meus Vincentiaster²⁰ domum, cum numero tum sexu neglectis, recipit negotiaque sexcenta mihi facessit.²¹

Ceterum, quo die Vincenti Bellini ossa cineresque Catinam prope regio funere adlata sunt, corona quaedam in pompa conspecta est, floribus lemniscisque²² decora, in quo, ut ferunt commentarii, verba, quae gratos igno-

torum hominum animos significant, inscripta erant.
Prof. Jo. Bapt. Bellissima Prof. Athenaei Pisani.

¹ zeneművész = Tonkunst ² rongyos = zerlumpt
³ alamizsna = Almose ⁴ koldul = betteln ⁵ mire való ez? = wozu braucht's denn? ⁶ árva = verwaist ⁷ gyomor = Magen ⁸ házról-házra = von Tür zu Tür ⁹ felüdít = erquicken ¹⁰ kopott = abgenützt ¹¹ megún = Widerwillen empfinden ¹² vellet = hajléktalanok menhelye = Asyl für Obdachlose ¹⁴ alkalmas időben = gelegentlich ¹⁵ nad-rág = Hose ¹⁶ megtud = erfahren ¹⁷ mérgeződik = sich ärgern ¹⁸ pompás! = herrlich! ¹⁹ bosszusan = ärgerlich ²⁰ a kis huncut V. = der kleine Schelm von V. ²¹ okoz = bereiten ²² színes szalagok = farbige Bänder



Bellum Aethiopicum a novo duce Italiano, nomine Badoglio summa cum vi geritur, dum Societas Nationum praeter sanctiones pecu-



niarias etiam oeconomicas¹ adhibere vult. Sunt, qui carbonem,² metalla, lanam et petroleum in Italiā vehi vetare velint putantes sic

¹ gazdasági = wirtschaftlich ² szén = Kohle

bellum brevi finiri posse. Quo magis Italiani non commodis modo, sed omnibus suis rebus bonum publicum anteferentes paucioribus cibis utuntur, etiam annulos³ sponsales³ aureos exemplum regis et reginae imitantes aerario donant, etc. Inventio novissima Antonii Ferretti quae nuntiatur, efficit, ut lana ex lacte procreari⁴ possit.

Factio⁵ Aegyptia nationalis seditiosa⁶ per coetus⁶ disserere⁶ non desinit. In primis iuventus studiosa adeo cupida est libertatis recuperandae, ut etiam custodibus publicis se audacter opponat. Quibus in contentioneibus multi utrimque vulnerati, quin etiam nonnulli mortui sunt.

Ex suffragiis⁷ Anglicis gubernium nationale iterum victis ceteris factionibus cum triumpho in senatum redire potuit. Ablegati,⁸ qui amici nobis sunt, declaraverunt se etiam posthac pro desiderio nostro revisionis pacifcae certaturos esse.

Japonenses discordiā populorum Europae abutentes denuo quinque provincias Sinae septentrionales extorquere⁹ volunt. Copiae Japonenses iam muro Sinensi relicto stationem Pechingi urbis obsederunt.

Milanus Hodzsa, novus praefectus gubernio Cechoslovaciae, natione Slovacus, quondam in senatum Hungariae integrae lectus linguam Hungaricam quoque didicit. Nunc non solum Ruthenis autonomiam debitam, sed etiam compatriotis¹⁰ suis, Slovacis quoque autonomiam partialem concedendam esse enuntiat. Bis dat, qui cito dat. Optandum est, ne Hungari in Cechoslovacia vexentur; nunc enim, si quis hymnum Francisci Erkel canit: «Auge Deus Hungaros re, iucunditate!», in vincula coniicitur, contra hymnus internationalis Russicorum communistarum non est vetitus.

Calamitates variae undique nuntiantur. In Murcia provincia Hispaniae plus 4 milia hominum malo pane venenati¹¹ aegrotare cooperant, quorum nonnulli mortui, alii mente¹² capti¹² sunt. In portu Smyrnae navis Turcica «Inebola» cum adveniret, tam subito submersa est, ut ex 190 vectoribus¹³ tantum 111 salvi evadere possent. In Hibernia¹⁴ septentrionali navicula propter densam caliginem tam vehementer ripis maritimis collisa est, ut duobus nautis exceptis ceteri omnes perirent.

Recensus¹⁵ populi¹⁵ Tokii urbis Calendis Octobribus habitus demonstravit in capite Japoniae 5,848 milia hominum habitare; itaque Tokio urbe nonnisi Londinium et Neo-Eboracum¹⁶ habent plus incolarum.

In Rhodesia 12 milia elephantorum dinumerata sunt; 30 annis ante, cum haec colonia condita est, tantum tertia pars fuisse dicitur.

Rex Georgius, simulatque in Graeciam rediit, animos factionis adversariorum sibi reconciliatus amnestia data omnes, qui propter scelus in republica¹⁷ commissum in vincula coniecti erant, e custodia emitti iussit. Quin etiam Venizelos in patriam redire potest.

Jellicoe comes classis¹⁸ praefectus¹⁸ Britanniae, qui in bello gentium, quamquam cum Germanis in freto Skagerrak anticipi¹⁹ Marte¹⁹ pugnavit, tamen maria commeatu navibus Germanicis interclusit, quare dono 50,000 librarum sterling dictarum donatus et homo senatorius factus est, 75 annos natus mortuus est.

700 anni S. Elisabethae canonisatae²⁰ nuper celebrati sunt. Quis nescit, quomodo cibi, quos Elisabetha quamquam vetitos pauperibus dare voluit, ne a principe puniatur, in rosas mutatis sint? Vindobonae Franciscani triduo et reliquias Elisabethae in processione ostentando memoriam filiae regis Hungarici renovaverunt. Acta diurna quoque Italiana laudibus beneficia S. Elisabethae extulerunt.

Sibelius auctor musicus clarissimus Finnorum 70. aetatis annum celebrans undique gratulationes accipit.

³ jeggyűrű = Ehering ⁴ előállít = erzeugen ⁵ párt = Partei ⁶ tüntetéset = Demonstrationen veranstalten ⁷ választás = Wahl, Abstimmung ⁸ képvisezők = Abgeordnete ⁹ kicsikar = entreissen ¹⁰ honfőtárs = Mitbürger ¹¹ megmérgez = vergiften ¹² megörül = irrsinnig werden ¹³ utas = Fahrgast ¹⁴ Irország = Irland ¹⁵ népszámlálás = Volkszählung ¹⁶ New-York ¹⁷ politikai = politisch ¹⁸ tengernagy = Admiral ¹⁹ eldöntetlenül = unentschieden ²⁰ szentté avatás = Heiligsprechung

Sollemnia Stephanei Colocensis. Colocia¹ sub finem dominationis Turcarum diruta erat. Sed ardore, assiduitate et liberalitate² episcoporum oppidum e ruinis de integro erecta iterum fons culturae harum regionum evasit. Medio saeculo

¹ Kalocsa ² bőkezúség = Freigebigkeit

XVIII. in loco Collegii S. J. hodierni seminarii archiepiscopale³ stetit. Josephus e comitibus⁴ *Battihány*, archiepiscopus Colocensis, regimen novi gymnasii, anno 1765. patribus Scholarum Piarum mandavit. Schola nostra ab anno 1779. secundum Rationem Educationis 5 classes, ab anno 1806. sex, mox ab anno 1851. habebat 4 classes. Anno 1860. ordo S. J. gymnasio recepto alumneum de S. Stephano nominatum adiunxit, 4 annis post gymnasium V—VIII. classibus expletur.⁵ Aedificium collegii novum ex hereditate *Josephi Kunszt* atque *Ludovici Haynald* archiepiscoporum a. 1864. et postea saepius amplificatum est, cuius in aede sacrā nuperrime 75 annos praeteritos rite celebravimus. Quā occasione inscriptio parieti insculpta: «Siste viator! Iuvat meminisse praeteritorum et, exemplis maiorum nostrum accensos vires ad futura haurire!» monet: iuventutem Stephanei in religione atque amore patriae educatam esse atque fore.

Adalb. Schramm.

³ érseki = erzbischöflich ⁴ gróf = Graf ⁵ kiegé-szít = ergänzen

Librorum recensio.

Lateinische Gedichte zum Weltkriege mit deutscher Übersetzung von Friedrich Holler. Breslau, 1935. Frankes Verlag u. Druckerei. Pag. 57. — Libellus 24 continet carmina, quorum maximam partem auctor annis belli gentium discipulis suis scripsit. Primum carmen, cum Hindenburgius Russos ad lacus Masuria viciisset, in schola ortum est; praecepta enim grammaticae in V. classi discipulis tradenda erant, sed gaudio victoriae Holler laudes magni ducis digniores esse quam grammaticam putans discipulos suos versus ex tempore factos docuit. Volubilitas linguae non solum in syllabis similiter sonantibus, sed etiam in metris antiquis audari potest, quorum exemplum, quod «Salutatio Zeppelinii comitis» inscribitur, hic publicavimus:

Macte esto virtute tuā «Zepeline comes», qui
Ventorum vicisti Oceani rabiem
Altaque pollicitus nunc exegisti opus altum!
Haec nova et illustris gloria erit patriae.

Quicunque hunc libellum perlegerit, persuadebit sibi poesim Latinam non mortuam, imo vividam superesse.

In natali Domini. Hymni et cantiones nataliciae ex traditione ecclesiae occidentalis selectae et cum notis musicis editae. Imprimendas curaverunt *Conr. Ameln*, *Ioh. Hatzfeld*, *Vil. Thomas*. Kassel, Bärenreiter-Verlag, 1933. Pretium 1.30 M. — Haec anthro-



Murillo: S. Elisabetha Hungarica lavat leprosos.


logia 22 hymnos cantionesque natalicios VI—XVII. saeculorum a Prudentio, Praetorio aliisque auctori bus relictos unius vocis cantui accommodatos continent, qui ultra terminos singularum confessionum et gentium ubique non solum Latine cantabantur, sed etiam vernacula linguā. Textui Latino in cantu «In dulci jubilo» etiam textus Germanicus, Anglicus et Hungaricus adiunguntur. Appendix trium carminum, quae cum ad usum scholarum minus idonea, nec tamen propter celebritatem omittenda viderentur, in folio soluto impressa addita est. Fasciculum praecipue amatores artis musicae habeant sibi commendatissimum.



Societas aëronautica Americana enuntiat aeronautas Stevens et Anderson in stratosphaera in altitudinem 21.720 metrorum elevatos esse. Summum¹ adhuc altitudo 20.668 metrorum erat. Cum in maxima altitudine erant, thermometrum extra follem² aërostaticum² 55, intra autem 10 gradus frigoris ostendit.

Aëroplanum invisible³ est inventio novissima in Britannia. Ut acta diurna Anglica narrant, hoc aëroplanum iam in minore altitudine non nisi quasi per caliginem⁴ cerni potest, in quod tormenta⁵ haud certe dirigi possunt. Sin superior elevatur, lineamenta neque cerni, neque photopingi possunt. Constructio alto silentio tegitur.

¹ Rekord ² léggömb = Luftballon ³ láthatatlan = unsichtbar ⁴ fátyol = Schleier ⁵ ágyú = Kanone



Asinus meteorologiae peritus.

Otto Hermannus, zoologus clarissimus, cuius centenarium nuper celebratum est, vitam avium observandi causa rus in regione Aegopolis¹ situm ivit. Cum aliquando excursionem facere voluisse, pastor quidam ovium monuit: «Noli, domine, exire, nam tempestas magna mox coorietur!»² Sed zoologus noster: «Impossibile³ est, mi pastor, — dixit — quae dicis. Nubecula⁴ enim ne minima quidem in coelo se ostendit.» Pastor nihil respondit, Hermannus autem vix profectus est, cum iam imbri per magno usque ad cutem⁵ permadefactus⁶ domum rediit. Tunc admirans interrogavit, quomodo pastor tempestatem praedicere potuisset.

Pastor simpliciter aenigma explicuit: «Asinus meus, quotiescumque tempestatem praesentit, non vult ex stabulo exire, quod nunc quoque fecit». Tum vir doctus omnes res suas collegit et domum reliquit, quia ibi manere noluit, ubi ab asino scientia meteorologicā superatus est.

Frid. Orlovszki.

¹ Kecskemét ² kitör = ausbrechen ³ lehetetlen = unmöglich ⁴ felhőcske = Wölkchen ⁵ bőríg = Haut ⁶ egészen átázva = ganz durchnässt ⁷ felülmül = überfreffen

Pastilla¹ prunacea.¹


Longe lateque bene nota est fama pastillorum prunaceorum Posoniensium. Mensibus nempe autumnalibus Posonienses ubique, et domi familiariter, et in publicis refectoriis,² incredibili appetitu eminenter³ multa pastilla prunacea consumunt.

In refectorio quodam plures sedent ad mensam convivae indigenae cives Posonienses, nonnisi unus eorum alienigena⁴ verumtamen etiam ille iam assuetus est loco annorum serie. Ordine ciborum⁵ post sorbitionem,⁶ post olera carnesque, apportantur sub titulo farinaceorum⁷ pastilla prunacea. Cum denique alienigena ille Posoniensis civis, admirantibus eius insatiabilitatem⁸ sociis, iam ipse septem — quid septem? tredecim! — iam pastilla comēderit, insuper⁹ etiam indignatus est:

«Bene est, etiam ego comedo pastilla prunacea septem; comedo vel octo; bene sapiunt,¹⁰ ergo comedo novem; fiat numerus cyclicus, comedo decem; fiat per¹¹ me¹¹ unum pastillum superadditum,⁹ comedo undecim; fiat numerus rite duodenarius,¹² comedo duodecim; non sum superstitosus,¹³ comedo tredecim; sed ut quispiam quatuordecim pastilla prunacea comedat, sicut isti Posonienses: hoc est scandalum!»

Iosephus Irsik.

¹ szilvásgombó = Pflaumenknödel ² étterem = Spisesaal ³ feltűnően = auffallend ⁴ idegen = fremd ⁵ fogás = Gericht ⁶ leves = Suppe ⁷ tézta = Mehlspeise ⁸ telhetetlenség = Unersättlichkeit ⁹ ráadásul = még = obendrein noch ¹⁰ izlik = schmecken ¹¹ én tölem = meinewegen ¹² tucat = Dutzend ¹³ babonás = abergläubisch



Latinitas moderna.

Ex libro *Georgii Capellanus et Ioannis Lamer*, qui inscribitur: «Sprechen Sie lateinisch?» Editio XI. Ferd. Dümmlers Verlag. Berlin 1933.

Corpus exercere : sportolni — Sport treiben ;
ludis gymnicis uti : tornászni — turnen ;
pilá more Britannico exerceri : tenniszszni —
Tennis spielen ;
sphaeristerium : tenniszpálya — Tennisplatz.
reticulum : tenniszütő — Tennisschläger ;
follem pedibus mittere : labdarúgás — Fussball
spielen ;
pilam tabellis mittere : gyephoki játék — Schlag-
ball spielen ;
pilam dare : labdát adni — den Ball einschen-
ken ;
dator : adogató : — der Einschenker ;
lusus follis a natantibus missi : vízipóló — Was-
serball ;
pugillatio : ökölvívás — Boxen ;
follis pugillatorius : ökölvívó labda — Boxball
(Punching Ball) ;
ictus mento immissus : horogütés — der Kinn-
haken ;
ictu ultimo confectus : kiütés — der Nieder-
schlag (knock out) ;
corpus exerceo migrando : turistáskodom — ich
treibe Wandersport ;
deversorium migrantum, qui dicuntur advenae
aves : túrista-otthon — das Wandervogelheim ;
scapha complicabilis : összerakható csónak —
Das Faltboot ;
birotá vehi : kerékpározni — Rad fahren ;
qui birotam pedibus vehit : kerék-
páros — der Radfahrer ;
antlia pneumatica : légfuttató — die
Luftpumpe ;
qui longa spatia percurrit : távfutó —
der Langstreckenläufer ;
ephemeris gymnastica : sportujság —
die Sportzeitung.

Kiefer, natator Americanus Hau-niae¹ tempus 400 metrorum tergi-natando² correxit : 5 min. 17.8 sec. novum est summum mundanum. — **Canebi natator** Italianus saepe vic-tor 50 nummos³ aureos 600 gram-matum, quos ubique post victorias accepit, aerario donavit. — **Cer-tamen follis⁴** manibus⁴ missi⁴ German-orum et Hungarorum 16 : 4 punctis glori-am Catervae Germanicae auxit, quae iure optima orbis terrarum

in hoc genere gymnicorum dici potest, dum
nostrates nondum satis periti huius certa-
minis sunt.

¹ Kopenhága = Copenhagen ² hátúszás = Rückenschwimmen ³ érem = Medaille ⁴ kosárlabda = Handball



Locosa.

Qui sapienter providet. Automobile propter
defectionem¹ immobile restituit media in via.
Quod cum herus² frustra conaretur reparare,
vagabundo³ ad se vocato : «Gnarus es — in-
terrogat — dirigendi automobile?» «Plane non
sum», risit ille. «Et commovendi?» «Etiam istius
rei ignarus sum.» «Optime ! Praesidio eris igitur
huic machinae, donec ego cum reparatore re-
dibo.»

In caupona⁵ rustica. Hospes : Hac carne vere
contentus sum, nunquam mihi talis pars oblata
est. Optimum habes coquam.⁶ — Caupo : Oh,
illa bos, meam portionem attulit tibi.

Simplicitas⁷ puerilis. Diurnarius⁸ carcere quodam inspecto familiae visa enarravit. Non

¹ motorhiba = Defekt ² gazdája = Eigentümer ³ csavargó = Landstreicher ⁴ ért vmihez = kundig ⁵ vendéglő = Gasthaus ⁶ szakácsné = Köchin ⁷ naivság = Naivität ⁸ ujságíró = Journalist



Stephaneum Colocense (pag. 58.)

multo post accidit, ut curru electrico vectus carcerem alium cum filia praeteriret, quae: «In hoc carcere fuisti mi pater? interrogat patrem altā voce ridentibus omnibus.

Andreas Kajdacsy
disc. cl. VIII. rgymn. Univ.

Definitio. Puerulus: «Pater, quid nominatur fabula?» Pater: «Fabula? Attende: Si — exempli gratia — animalia, ut asinus et bos colloquuntur inter se, ita ut tu et ego.»

Ultio. Aliquando puer quidam ad dentistam¹ ivit. Medicus dentem cavum extraxit. «Domine medice — inquit puer — possumne dentem recipere?» Medicus dentem cavum ei reddidit, quem puer superbe domum reportavit. E culina cohlear² sacchari³ sustulit et dentem malitiose imposuit: «Sic — risit ille malevolus — nunc solus tibi dolere potes.»

Otto Hámos
disc. VIII. cl. gymn. r. Univ.

¹ fogorvos = Zahnarzt ² kanál = Löffel ³ cukor = Zucker

Jerome, scriptor Britannorum satiricus, vir ingeniosus erat, qui hilaritatem ne in morbo quidem depositum. Aliquando dextrā luxatā¹ in lecto diutius decumbere coactus est. Quem medicus cum aspexisset, casum minime perniciōsum esse declaravit. «Potero-ne clavichordio² canere?» rogavit satiricus voce gravi. «Sine dubio!» respondit medicus. — «O me fortunatum!» exultavit³ Jerome gaudio, — nam usque adhuc non potui.»

Georgius IV., rex Britanniae venandi studiosissimus erat. Aliquando leporem⁴ venabatur, cum subito quendam sine iure venantem convenit. «Quid est hic tibi negotii?» interrogavit rex. At ille nihil respondit. «Scisne, quis ego sim?» — «Nescio, domine!» ait ille iam perterritus. «Ego sum rex Britanniae!» — «Ah, tu rex es!» — suspirat praedo⁵ ferarum⁵ — «Deo gratias! Iam-iam timebam, ne custos silvarum esses.»

Victor Kósá
abituriens Keszthelyensis.

¹ kificamit = verrenken ² zongorázni = Klavierspielen
³ ujjong = aufjauchzen ⁴ nyúl = Hase ⁵ orvvadász = Wilddieb

Ambulans: Quomodo? Tu caecus ephemeredem legis?



Caeacus: Minime quidem. Tantum imagines specto.

Col. Schubauer
disc. gym. Univ. Budap.

Palocium¹ quendam interrogavit ductor currus electrici: Care mi patercula, verumne sit Palociis tantum 40 annos natis mentem advenire? — **Palocius:** Sane verum. — Ductor: Hem, et quid faciunt Palócii ad 40. annum? — **Palocius:** Quid mi fili? Hic Budapestini currum electricum ducere solent.

*

Palocius quidam in caupona² iuxta viam, oblitus omnium rerum, pocula vini persaepe hausit, sed interim duo equi a fure disiuncti³ et abacti sunt. Quod cum palocius animadvertisset, sic meditabatur: Si ego sum ego, re verā equi mei desunt, sed si ego non sum ego, tum inveni hunc currum. Sane non sum ego, ergo bibatur!

Paulus Farkas.

¹ palóc = Nordungar ² csárda = Dorfschenke ³ ki-fog = losspannen

Hypatia.

(11.)

Scripsit *Carolus Kingsley*. Hungarice redditum *Arpadus Zigány*. Excerpsit atque in Latinum convertit: *Valentinus Fehér*.

VI. Conversio¹ Philammonis.

I.

Flos iuvenum Alexandrinorum paganorum in scholam congregati omnibus Hypatiae verbis aures attentas adhibebant.² Vox feminae canora, veluti musica dulcis ac mollis, suavi melodiā linguae Atticae omnes angulos conclavis³ implevit.

— Veritas? Quidnam est veritas, nisi ipse animus? Res atque omnis natura nihil est, nisi opus nostrarum opinionum⁴ atque error sensuum nostrorum imperfectorum,⁵ qui in unoquoque nostrum diversis formis ostenditur. Idem dici potest de rebus omnibus, quas humandum finxit ingenium. Religio, philosophia, scientia naturalis, cetera nihil sunt, nisi falsae opiniones, consulta aut inconsulta fabricatio animi. Ergo verus philosophus nil curat materiam, sed mergit se in contemplationem⁶ animi aeterni, qui solus est fons sapientiae. Quare qui est vere philosophus, studere non potest Christianae mythologiae, quae de tali Deo docet, qui manus pedesque habeat, qui terrestri matre natus fabrique filius fuerit: nam talis deus esse non potest aeternus, quia materia semper variat⁷ ac mutatur.

— Mentiris! Deo male dicens! — tonat vox Philammonis. — In libris divinis Deus ipse homines alloquitur.

Ingens clamor et tumultus oritur.

— Eicite monachum! Eicite per fenestram! Percutite nebulonem!

Nonnulli ex acerrimis saltu⁸ in scabellis emicantes⁹ incurrebant in Philammonem, qui iam ad gloriosum martyrium se parabat, cum lenis ac quieta vox Hypatiae momento temporis procellam¹⁰ sedavit.¹¹

— Ne attingatis eum! sinite hic manere. Videtis eum esse monachum: miser ille nihil aliud dicit, nisi quod doctus est.

Et quasi nihil accidisset, quiete scholam continuat.¹²

— Anima, ut ait Abammo, initio fuit numerus¹³ et harmonia et priusquam cum corpore coaluit,¹⁴ harmoniam caelestem audiebat ac

gustabat. At huius harmoniae non omnium nostrum animi meminerunt, aut saltem non pariter reminiscuntur; tamen cuius animus clare meminit, is facere potest, ut illa harmonia canat. Huiusmodi homo est poeta.

«Ut viva pictura, cantus vocem mittit in lyra.»

— Sic canit Homerus — pergit Hypatia. — In sexto libro Iliadis nocte superiore vidi aliquot mysteria,¹⁵ quae nunc vobis explicare volo. Scio equidem nos omnes novisse hoc carmen, tamen mihi legendum est, ut a me carmen audiatis, quod, quasi viva imago, canit in lyra.

Et Philammo tum primum audivit musicam versuum Homeri pulcherrimam, eam sexti libri partem, in qua poeta quasi depingit, quomodo Hector Andromachen valere iussisset.

— Sic canit carmen — explicat Hypatia. — At Homerus, vates ille divinus et poeta, velo huius fabulae heroicæ fulgido magnas veritates involvit.¹⁶ Hector est Iuppiter omnipotens, Andromache natura, Astyanax anima. Astyanax timet patrem, Iovem omnipotentem et in gremium¹⁷ matris, scilicet naturae confugit. Unde exiit, eo redit; ex natura rerum exortus est, ex aeterna natura provenit, ibi requiem reperit, illuc ire concupiscit. Sic omnia rursus eo revolant, unde orta sunt.

Ad numerum proximum.

¹ Pál-fordulás = Bekehrung ² figyelmesen hallgat = aufmerksam zuhören ³ terem = Saal ⁴ képzet = Vorstellung ⁵ tökéletlen = unvollkommen ⁶ szemlélet = Anschauung ⁷ különböző alakot ölt = sich ändern ⁸ pad = Bank ⁹ felugrik = emporspringen ¹⁰ vihar = Sturm ¹¹ lecsillapít = zur Ruhe bringen ¹² folytat = fortsetzen ¹³ Rhythmus ¹⁴ összeforr = sich fest verbinden ¹⁵ titok = Geheimnis ¹⁶ burkol = einhüllen ¹⁷ öl = Schoss



Solutiones aenigmatum numeri III.

1. S. libratae: Homeros, ita, M XL, pax, alo, si, os, Dacia. — S. directae: Humus, mala, et, rixo, Sappho, lac, id, as.

2. Audacia. — 3. Ladislaus 70, Stephanus 20 sestertios habebat. — 4. Peturbabantur Constantinopoli Innumerabilibus sollicitudinibus.

Aenigmata recte dissolverunt: Anna Mayer, Marg. Bogdány, Anna Gellért, Eva Tornyos (*Ursulanum*), Osc. Habersack, Lad. Porjesz (*Matthianum*), Jo. Wolkóber (*Madáchianum*), Em. Timkó (gymn. *S. Benedict.*), Magd. Fajcsek, Guil. Ötvös, Ed. Hajós, Ed. Takáts, An. Abonyi, Martha Kercivay; Mar. Russo, Sus. Vass, Anna Csányi, Martha Kováts, Prisca Hajts, Bella Margalits, Sus. Zalay, Hel. Jobs, Maria Fodor, Jol. Fényesi (*Sophianum*), Aug. Mihályi, Lad. Leon, Jul. Horváth, Col. Keserű (*Széchenyianum*), Eug. Sebess, Tib. Nagy, Paulus Tolnay, Io. Glancz (*e Scholis Piis*), Nic. Berger (gymn. *inst. prof. er. adi.*), Al. Weil, Franc. Csollány, Jo. Csécsei, Andr. Biró, Andr. Klein, Steph. Falbízoner (gymn. *Andr. Fáy*), Tib. et Andr. Szollár (gymn. *Univ.*), Orl. Szokoly (gymn. *Archiepisc.*), Ag. Lukács, Cl. Rónai, Elis. Ivanovszky, Eva Lakatos (thgymn. *P. Veres*), Des. Törley, Paulus Kristek, Ios. Mészáros, Aur. Lengyel (*Emricanum*), Em. Farkas (*Ladislainum*), Tib. Mihálka, Anonymous, Lev. Hibbey *Budapestinenses*. — Andr. Puszta, Steph. Okolicsányi, Lad. Kiss, Paulus Gáspárdy, Car. Tokai, Aug. Pavlik *Agrienses*. — Em. Havas, Mich. Binét, Ern. Dancziger, Steph. Sipos, Lad. Blumenstein, Georg. Amigó, Em. Grosz, Árn. Guttmann, Ios. Klein, Arp. Grosz *Debrechinenses*. — Eva Dobó, Mar. Vogl, Marg. Steiner, Gabr. Juntek, Hel. Szabó (*Iaurinenses*). — Franc. Goszor *Gyoengyoensis*. — Iul. Lannert, Eug. Bánki, Andr. Hauzenblasz, Bar. Tóth, Tib. Tihanyi, Iul. Prókay *Miscolcienses*. — Elis. Maurer *Scarabantina*. — Steph. Lázár, Lad. Málek, Tib. Rédei, Steph. Löbl, Lad. Schneer, Io. Polgár, Steph. Vermes, Franc. Steiner, Lad. Wagner *Magna-Canissenses*. — Aem. Halasi, Eug. Neugebauer *Magyaróvárienses*. — Osc. Cserháti, Lad. Krosits, Adálb. Próbáld *Aegopolitani*. — Rud. Kancz, Balth. Horváth, Arp. Simon, Fel. Fehér, Mich. Szénási *Sabarienses*. — Ios. Mencseli, Lad. Máté, *Kaposvárienses*. — Georg. Bárányi *Goedoeloeensis*. — Magd. Jóboru (*Fanum Cumanum S. Nic.*). — Lad. Czillinger *Rákospalotanus*.

Praemium sorte Priscae Hajts, Eugenio Sebes, Arpado Grosz, Augustino Pavlik et Evae Dobó obvenit.

1. Aenigma crucis.

1	2	3	4	5	
6			7		
8			9		10 11
12					
13					14
	15	16		17	
18					

Series libratae: 1. Conditor Romae. 6 terminatio praesentis perfecti. 7. praepositio. 8. = mihi. 10. GA. 12. iussum praetoris. 13. = ei. 14. filia Inachi. 15. coniunctio. 17. praepositio. 18. infinita (retrosum). — *Series directae:* 2. poëta Romanus. 3. = mi. 4. = 51. 5. gen. plur. extremae partis digit. 8. gen. pronominis pers. I. 9. caedo. 11. diligo. 16. TN. 17. = 900.

Anna Gellért
disc. Ursulani.

2. Puella interrogata, quot annos nata esset, respondit: «Mater duplum annorum meorum habet; pater 10 annis est maior natu, quam mater. Nos tres unā 100 annos habemus. Quot annos erat puella?


Victor Kósá
disc. Keszthelyensis.

3.

ta	lulo
vus	ger
tum	siphone

Syllabae, quae desunt, dictum Francisci Josephi I. regis reddunt.

Paulus Farkas.



Manuscripta prelo destinata in altera tantum pagina papyri, adnotaciones autem non intra, sed infra textum scribere mementote. Litterarum formae quo maiores sint, quia in parvis litteris non possum corrigere, manuscripta autem lituris correctionibusque plena neque typographus linguae Latinae nescius legere potest, neque ego tempus denuo describendi habeo. Manuscriptis longioribus rare uti possum. Multis variisque opusculis opus est. Qui in Latinum sermonem vertere volunt, scribant, ut textum convertendi causa ad eos mittere possim.

Omnibus nostris lectoribus amicisque omnia fausta precamur his festis Christi nati sollemnibus.

Conclusio V. numeri adornandi Id. Ian. (13. die Ian.)

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus

Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)